TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. P_MSS_0970

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

970

[illegible]

[illegible]

Si quis fraudibus ambabus parabit ullū
Fuditiū ꝑfert, Justū licet, ꝯotat miquus.

Nō nob. solū nati sumus, ergo fauere
Debemus Patrię ut amicis ut Cuicuꝫ

Ancillę seruisq; tuis da quicqd oportet:
Viuito cū seruis clemēter: uiue benigne.

Cuiq; hominj uitiū certū natura reserat
Hic inuādus: tu mēdax: ille supbus

Contra jura nihil merceris: nā male parta
Labunt facilj cluo: et quasi cera liquescūt.

Serui sunt hoīes: et eodē semine quo tu:
Contubernales sūt serui: humiles: et amici.

Laus Romanj pontificis

Laudibus sua dat gratis nec munera Curat
Curia papalis quod modo ꝯpimus.

Laus tua nō tua fraus, uirtus nō copia rerū
Scandere te fecit hoc decus ꝯpimus.

Conditio tua sit stabilis nec tempꝰ quo
Viuere te faciat hinc deus oīpotens

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

Jura fauet magnis: non sunt pro paupere leges:
Iustag peruerso succumbit Causa fauori.

Liber est meus d. Hieronimi Antonii

Dñs Jodoc.

Hic liber est meus
Nomen meum nil scimus
Quia me laudare nolo
Si nomen vltro petas
Alexandri est ille
Qui quo germanus
Antonius ita vocabor.

Del Negro

Incipiunt Rubrice constitutionum nouarum patrie fori Iulij :-

De Religione. 1
De festis in honorem dei introductis. 2
De festis ob necessitates hominum introductis. 3
De hora qua Iudicum seruari debet in plena causarum audientia et qua litigantes debeant se presentare. 4
De potestate Iudicis in prorogatione terminorum. 5
De aduocatis ab una parte assumptis aduersa pro patrocinio non debentibus :- 6
De personis litigantibus et causidicis allegationibus se honeste habere debentibus. 7
De dillationibus dandis ob procuratorum vel aduocatorum absentiam. 8
De pijs fiuoribus miserabilibus personis et alijs paupertibus in Iudicio gratis exhibendis. 9
De officio et notariorum Iuramento. 10
De patronis causarum et notarijs qui in Iudicio scribant admittendis. 11
Quod duo vl' plures notarij non admittat' ad scribendum simul et semel in eadem causa :- 12
De actis cause continuatim per notarios scribendis. 13
De actis Iudicij partibus etiam extra Iudicium ostendendis et dillatione non danda pro copia. 14
De Instrumentis quorum copia est' decreta in Iudicio non legendis. 15
De notarijs compellendis dare copiam actorum :- 16
De notarijs acta propinquorum scribere non debentibus nec ad patrocinia causarum admittendis. 17
Quod occupatione notariorum non possit' lites partium retardari. 18
De ordine seruando per notarios in celebratione contractuum et eorum quarinis. 19
De verbis reclamatorijs contra sententiantes non dicendis. 20
De verbis iniuriosis in Iudicio dictis. 21
De penis notariorum recusantium dare Instrumenta. 22
Quod acta Iudicij etiam sine testibus fidem faciant. 23

¶ De actionibus et quale contra contumaces procedatur. 24
¶ Quando citationes et relationes earū fieri possint. 25
¶ De modo citandi communitates. 26
¶ De cautione prestanda per forenses. 27
¶ De simul producendis procuratoriis substitutionibus et aliis
à generibus mandatorū et copia parti aduerse danda vel denegāda 28
¶ De termino ad opponendum contra mandata cōcedendo vel nō. 29
¶ De negantibus personas fore legitimas in iudicio. 30
¶ De procuratore compellendo ad procedendum post susceptum mā
datum. 31
¶ Que etas pro alio competēter dicat̄ sufficiens. 32
¶ De obligatis ad respondendum in pluribus locis. 33
¶ De libelli oblatione. 34
¶ De producendo scripturas duplicatas. 35
¶ De confitentibus debitum in iudicio. 36
¶ De dilationibus dandis post porrectum libellum. 37
¶ De iuramento calumnie 38
¶ De allegantibus manutentores 39
¶ De allegantibus manutētores qui sunt extra patrum. 40
¶ De reo in iudicio dominum nominante. 41
¶ De consecutoribus. 42
¶ De dilationibus dandis actori et reo. 43
¶ De actore renunciante termino ei limitato. 44
¶ De terminis assignandis ad opponēdum et excipiendum 45
¶ De pena fraudem committentium. 46
¶ De negantibus acta curie. 47
¶ De mandatis et actis iudicij per testes nō probandis. 48
¶ De allegantibus terminos probationum nō expirasse. 49
¶ De negantibus acta in iudicio vel nolentibus illa confiteri. 50
¶ De iuramento partium in iudicio prestando vel referendo 51
¶ De notarijs et testibus cōpellendis dare instrā et jurare. 52
¶ De testibus. 53
¶ De litteris obligatoriis et scripturis priuatis. 54
¶ De Laudis et cōpromissis. 55
¶ De ueto depositi. 56

De homine vtili non cauendo nomine deposita. 57
De citationib⁹ in causa exforcij. 58
In quib⁹ causis committatur exfortium. 59
De ordine Judicij vbi in causa exforcij relevator nominat⁹. 60
De pena pignerantium pro liuellis et affictib⁹ cuj⁹ nūcio dn̄ij accumuenti. 61
De possessione annua in causa exforcij per vtrumq; part⁹ allegata. 62
De pena repertor⁹ cum animalib⁹ pasculare. 63
Quando supra exforcio decem dies probatorij vtriq; parti debeat assignari 64
Si quis possessione rei fuerit per Judicem indebite priuat⁹ qualiter ei succurratur 65
Quando allegata possessio nouiter acquisita et incidenter allegata supra petitorio: 66
De massiuis et colonis ad probandum possessionē admittēdis. 67
De allegationib⁹ bina vice per partes fiendis. 68
De notarijs non scribentib⁹ processum infra terminum. 69
De tempore Instantie cause. 70
De commissione cause. 71
De cognitione cause 72
De sententijs supra futuris nō proferendis. 73
De sententiantib⁹ allegatis pro suspectis. 74
De appellationib⁹ et in quib⁹ causis appellare non licet. 75
De appellationib⁹ nō admittendis in causis protectionum. 76
De appellationib⁹ corrigendis et earū presentatione fienda. 77
De probationib⁹ in causa appellationis fiendis. 78
In quib⁹ dilationib⁹ dies feriati debent computari vl' subtrahi 79
De appellationib⁹ extra patriam interpositis. 80
De sententijs ferendis in causis appellationum. 81
De protectionibus. 82
De obligatis ad carcerē. 83
De executione sentenciarū. 84
De executione Instrumētor⁹ conuictionum. 85
In quib⁹ contractib⁹ intelligat⁹ quis esse cōuictus per pactum. 86
De profectione bonor⁹ Immobiliū fienda debitor⁹. 87

De bonis ad incantum vendendis profitendis illis qui sunt extra patrium. 88
~~De bonis ad incantum vendendis profitendis illis qui sunt extra patrium in cle~~
De bonis ad incantum vendendis in loco vbi fuerunt incantata primo et pena arditus prohibentis. 89
De Agnatis et Vicinis iure agnationis et vicinitatis vendicantibus bona aliorum agnatorum et Vicinorum vendita vl'im solutum data. 90
De bonis mobilibus excedentibus summam quinquaginta librarum uendendis ad incantum profitendis per cedulam. 91
De bonis incantatis nō deliberatis et nō incantandis nomine absentis. 92
De debitoribus contra quos bona aliqui sunt vendita cōpellēdis ad constituendum se manutentores. 93
De manutētoribus recapiēdis nomine emptorum absentium. 94
De emptoribus ementibus bona ad incantum compellendis ad prefixionem solutionem. 95
De his qui deliberāt pignera vendendi ad incantum pro executionibus debita vl' sententiarum. 96
De pignoribus venditis ad incantum luendis infra x vl' xx. dies. 97
De venditionibus pignerum fiendis vigilibus p̄ p̄cones dñi Locūtenētis. 98
De creditoribus non valentibus emere nec emi facere bona que ipsi met vendi faciunt ad incantum. 99
~~100~~
De his qui per contradictionem impedire nituntur bona aliquorum vendi ad incantum. 100
De his qui contradicunt venditionibus ad incantum bonorum p eos ex conuentione obligatorum. 101
De relationibus per precones faciendis 102
De preconibus in suo officio fraudem committentibus. 103
De alienantibus rem duobus vl' pluribus. 104
De prescriptionibus. 105
De his quibus alienatio est interdicta. 106
De peruersorum inobedientia. 107
De alienatione minoris xxv. annis interdicta. Cum

De fratre ul' matore domus non valente alienare in preiudicium minor. 109
De fratribs seorsum habitantibus. 110
De fideiussoribs. 111
Qualiter consulat' fideiussoribs debita soluẽtibs. 112
De rata debita soluti inter fideiussores distribuenda. 113
De fideiussoribs a fideiussione liberari uolentibs. 114
Q. creditor non possit molestari pro damno fideiussoris. 115
De ultimis bonor possessoribs. 116
De dotibs et juribs dominar. 117
De dote soluto matrimonio repetenda 118
De alimentis vxoribs viduis prestandis. 119
In quibs bonis sicu debeat dotis restitutio. 120
De diuisione fructuum dotis soluto matrimonio repetenda. 121
~~De alimentis vxoribs viduis~~
De forma in alienatione juriz dotalium secunda et q. sum mare cognoscatur. 122
De vestimentis et alijs ornamentis dominar et ceteris quę 123
secum portant ad maritum vl' donatis tpre nupciar.
De bonis vxoris portatis ad domum mariti et quando restitui possint. 124
De acquisitis p dnam maritatum presumẽdis de bonis mariti. 125
Quibs creditoribs mulieres ratione dotis sue prefeantur. 126
Q. repetentes dotem prefeant repetentibs morgingrubia et alia jura. 127
De prescriptione dotis petende vel repetende et alior juriz. 128
De restitutione dotis faciendi filio premortuo matri vl' post. 129
De filiabs et alijs descendentibs femini sexꝰ ab intestato pretentis. 130
De filiabs factis filiabs et alijs mulieribs ab hereditate excluſis. 131
De heredibs compellendis alimentare maritare et dotare feminas ratione sexus ab hereditate excluſis. 132
De tutoribs dandis et curatoribs. 133
De curatore dando hereditati seu alijs bonis jacentibs. 134
De inuentarijs a tutoribs vl' curatoribs confiendis. 135

De ratione reddenda per tutores et curatores singlis annis. 136
De administratõe interdicenda dissipantibꝫ bona sua. 137
De sublatis obligationibꝫ quas vsurarij et alij exigebant. 138
De vsurarijs. 139
De promissione restitutionis bonorꝫ fiendi infra certum temp⁹ 140
De castris. 141
De testamentis. 142
De successionibꝫ ab intestato. 143
De hereditatibꝫ et Inuentarijs. 144
De mittendis in possessionꝫ hereditatis defuncti. 145
De legatis a legatario propria auctoritate nõ occupandis. 146
De depredatoribꝫ et robatoribꝫ stratarꝫ publicarꝫ cõmittentibꝫ priuatum carcerem 147
De modo procedendi contra derobatores stratarꝫ publicarꝫ et receptatores eor⁹ 148
De cõmunitatibꝫ rebellibꝫ et Iniuriantibꝫ officialibꝫ dñi 149
De pena prosequentium officiales dñi Locumtenentis. 150
De his qui rapiunt et auferũt pignera preconibꝫ postꝫ illa receperunt. 151
De pluribꝫ coadunatis pignera de manibꝫ pconũ rapientibꝫ 152
De potestate subrogandi preconẽs per Iudicium 153
De rusticis carcere nõ debentibꝫ diebꝫ dominicis. 154
De apothecis in villis nõ tenendis. 155
De preconibꝫ et caballarijs. 156
De prohibitione armorꝫ a rusticis interdicti. 157
De tempore quo masserij possint aut debeãt relinquere mansos. 158
De dño pastore super pastorꝫ pignerare valente. 159
De penarꝫ Impositione cõtra rusticos super pastoris. 160
De his qui minantẽ volentibꝫ accipere mansos tacentes ad affectum. 161
De rusticis quibus imponentibꝫ in preiudiciꝫ habentium garatum. 162
De masserijs capi valentibꝫ etiaꝫ si sint serui alterius. 163
De masserijs nõ valentibꝫ capi pro debitis dñorꝫ suorꝫ 164

De mercatorib⁹ porcor⁹. 164
De massarijs de massaria manupastis et seruis non admittendis ad testimonium. 166
De pena falsi testis. 166 167
De penis exigendis per habentes garritum vel jus custodie da festa. 168
De penis promissis coram aliquo judice nō exigendis. 169
De confiscationib⁹ non tollentib⁹ jura creditor⁹ 170
De bonis homicide nō confiscandis. 171
De homicidis punēdis aut ex patrum bannendis. 172
De nato ex libero uentre pro libero reputando 173
De seruo cōmuni manumisso. 174
De salario famulor⁹. 175
De pena contrahentium matrimoniū sine cōsensu matr⁹. 176
De salario aduocator⁹. 177
Q. aduocatus vel procurator nō presens cum clientulo contra constitutionē taxet salarior⁹. 178
De salario notarior⁹ pro actis judicior⁹ in prima instancia. 179
De salario notarior⁹ super appellatione. 180
De salario notarior⁹ in causis protectionum. 181
De salario notarior⁹ in causis protectionum pro instrumentis dotalib⁹ et donationum. 182
De salario notarior⁹ pro instrumētis contractuum. 183
De salario notarior⁹ pro instrumētis copromissi et arbitror⁹ 184
De salario notarior⁹ pro instrumētis mutui et venditi. 185
De salario notarior⁹ pro instrumētis vltimar⁹ voluntat⁹. 186
De salario dando notarijs pp. ostensionē prothocollor⁹. 187
De salario caballarior⁹ et preconum. 188
Q. rusticj pedices de nocte nō capiunt. 189
Q. constitutiones patrie preiudicib⁹ statutis locor⁹ non debeant derogare. 190 191

Explicium Rubrice constitutionum.

Taxa pro libellis et positionibus formatis &c. 177.

De Religione. Rx ca

D Laudem et gloriosam individue trinitatis pris et filij et spus sancti et totius curie celestis. Constituimus q per quencunq; jurisdictionez hñtes bona diligentia adhibeatur et indagatio fiat q omnes dubiis legibz et constitutionibz canonicis hereses vetite conquiescant ppetuo sca ut nemo conetur prophana precepta aut aliqua contra simbolum aplicum sequi docere vel discere: et qui contrafecerit ab omni protectione juridica penitus sit immunis et penis grauissimis supponat. Judeis tame ea obseruent que canonice constitutiones et jura expresse permittunt. Adjicientes q blasfemantes deum aut virginem Marium octuaginta soldoz pena multentur. Alios uo scos et sanctas blasfemantibz xl. soldoz irroget applicanda hñti jurisdictionez in loco pro dubiis ptibz. et pro tertia accusatoru.

De feriis in honorez de introductis. Rx ca

A diuine maiestati reuerentia tribuat ac peccandi quo ad fieri potuit ampiretur cum plerunq; ex lucris ire odia peque uolutates oriri habeant: Constituimus et ordinamus q iudicioz strepitus infrascriptis diebz conquiescant. et a controuersijs litigantes respirent. Conuenit enim dies infrascriptos maiestati alissime deductos nullis causaz vexationibz prophanari presertim q dies dominicos qui repetito mse calculo reuoluunt. Vz in festis natiuitatis dñi nri yhu xpi. Incipiendo a festo sci Tome apli usq; ad epiphaniam inclusiue. In quinq; festiuitatibz beate Marie virginis. Vz conceptione: natiuitate. Annunciatione. purificatione: et assumptione; In diebz dominicis. festiuitatibz duodecim aplorz. Gloriosi euangeliste sci Marci. et aliorz euangelistaz.

Scī petri cathedram.
Ascensionis dñi nri yhu xpi.
Penthecosten cuz duobz diebz sequentibz.
Corpus xpi.
Scī Johis baptiste et eiusdem
Decollationis eiusdem.
Scī Antonij de Vienna.
Scī Laurentij.
Omnium sanctoz.
Sancti francisci.
Sancti Dominici.
Sancte Katerine
Sancte Agnetis
Conuersionis scī pauli.
Scte Lucie.
Scī Nicolai.
Videam miliz Veroni.
Et a dominica oliuaz
usq; ad octauum resurrectionis domini.
Et in die carnispriuij
cum duobz diebz precedentibz. et cum die
sequenti pp consuetudinez usz ordinariuz non
redditur. Quibz supra

s. Blasij
s. Benedicti
s. agate
quatuor doctoz eccliē vz gregorij
Ambrosij. Hieronymi et Augustinij.
Inuentionis s. Crucis
Exaltationis eiusdē
s. georgij
s. marie magdalene
Transfiguration et portiuncule
s. Michaelis
s. Martini

scriptis diebꝫ feriatis introductis in honorem dei introductis per quencunqꝫ jusdicentem in aliq̃ loco patrie fuisse obseruetur q̃ judicium non fuit nec in causis procedit. Etsi contrafactuꝫ fuerit ipo iure nō valeat :-

De feriis ob necessitates hominuꝫ introductis. R.ª

& commoditatis annue celesti prouisione concessa valeat cuiq̃ aliqualiter deperire : Constituimus q̃ ipo jure intelligatur indicte feriꝫ messium a festo sci johannis baptiste vsqꝫ ad quintam deciman julij proximaꝫ inclusiue. Et similiter feriꝫ vindemiarꝫ a festo sci Michaelis vsqꝫ ad vicesimam secundaꝫ diem sequentis mensis octobris inclusiue. Quibꝫ feriis durantibꝫ placiti secularia conquiescant : & judicioꝝ strepitus ordinarij nō seruentur. Exceptis causis infrascriptis si de eis agatur vz. de dandis tutoribꝫ aut curatoribꝫ : vel de eis remouendis aut excusandis : de causis alimentoꝝ : de causis libertatum : et de his supra quibꝫ allegaretur usucapio vl̃ prescriptio compleri interim quo cāu possit prescriptio uel vsucapio modis iure traditis interrumpi : et de rebꝫ que forent interim exprie perituꝝ. De causis mercedis : De causis forensium siue sint actores siue rei. et de exfortijs cōmissis in pīs feriis cognosci et diffiniri possit et in omnibꝫ aliis casibꝫ in quibꝫ expresse per constitutiones hoc appareat esse concessum :-

De hora qua judicium fieri debet i plena cāu audientia & quando litigates debent se pntare :-

Ꝫ causse celeriꝰ pro commoditate partium valeant expediri :

Constituimus q̃ singulis diebꝫ juridicis reddatur jus et seruetur q̃libꝫ audientia causaꝝ et questionum : sed pulsatur pulsu campana consueta pro tertiamis audiendis : qui pulsati illico judex sede debeat in loco judicij consueto : et in eodem loco et non alibi : nisi judex hoc eligat. Vnus ex notarijs curie per judicem deputatus scribat in cedula quoscunqꝫ in loco judicij sibi pntantes. et causam quare se sibi pntant : nec aliquem scribat qui se no pntet sub pena .xx. soldoꝝ quos sic se pntantes assistentes in loco judicij teneatur jus reddens secundum ordinem dicte cedule expedire vel etiam juncta consuetam si et prout judici videbitur. Et gesta per judicem seu processus facta post sonum campane partibꝫ absentibꝫ vl̃ altera ipaꝝ cōtumacie tunc a judicio absente : tam vim et vigorem habeat prout a iure et ex forma constitutionum patrie dispositum est. Quod si pars contumax veneriat ad hoc judice pro tribunali sedente. et procedere voluerit : tunc judex ipaꝫ ptꝫ

audire debeat soluentem expensis pro ipo termino factis pnus tame
fca fide de termino: aliter no audiatur et contumax reputet et contra
ipm tanq contumacem procedi possit. ¶ Nuo soluto dcto expensis
pte que soluit uoluerit procedere in causa audiat etiam si pars aduer
sa se absentauerit: et processus tunc factus valeat dum tamen secun
dum formas iuris et constitutionum processum sit. ¶ Adijcimus et
q̃ siue sit actor siue sit reus litigans qui descriptus sit in cedula in
qua litigantes faciunt se describi teneatur per se siue responsalem aꝰ
procuratorem legitimum cum uocatus fuerit per deputatum audi
re procedere in causa in termino suo: aliquin ad instantiam alte
ri⁹ pt̃is eo minꝰ procedi ualeat perinde ac si foret absens et con
tumax nisi procedat vl̃ procedi consentiat: reseruato semper imp̃e
missis arbitrio judicis ualendi prorogare ex aliqua causa legitima
que eius arbitrio terminet̃ actum judicij tunc expediendum p̃ter totꝫ
illud tempus quo illo die tame sedere in judicio contigerit: Verumtam
premissa locum no habeant in sententijs diffinitiuis plenarie super
toto processu cause prolatis. et que per judicem no possint reuocari.
Sentencie uo interlocutorie super emergentia vel incidenti aliquo prola
te in contumacem vl̃ pro contumace habitum purgata prius contuma
cia illo tunc ut supradictum est ita demum reuocari possint si hoc ju
dici uidebit̃ fore consonum rõni: et alias reuocatio secuta per purga
tionem contumacie factam vt sup̃ nullatenus appelletur. Et parti
bus auditis pronunciari possit iterꝫ vꝫ interlocutoria fieri si et prout
de iure judici videbit̃ etiꝫ si sit dns locutenens illo casu causa cõ
gnita. Si uero neutra pt̃ium ad tminꝰ deputato in causa voluerit
procedere tunc ille terminus intelligat̃ arcuinductus et cassus p tunc:-

De potestate judicis i prorogatiõe tminoꝝ: Rx.ca

Vm jus dicentis officium sit latissimum: Ordinamus q̃ per ju
dicem possint termini vnius vel plurium causar̃ prorogari p
tibus absentibꝫ seu altera parte pnte: vel altera absente: ita q̃ termi
ni alicuius actus semel prorogati no debeant vlterius prorogari ni
si urgentissima causa intercesserit aut concordia pt̃ium consensu pro
cesserit. Et teneat̃ judex tminos prorogatos prius expedire q̃ pro
cedatur ad alios ad illam diem emergentes seu incidentes. Et lo
cum habeat etiam in pendentibꝫ causis:-

De aduocatis ab una parte informatis aduerse parti patrocinari non debentibꝫ. Rx ca:-

Vper causar̃ meritis fideliter et equo libramine coram ju
dice procedi possit: Decernimus q̃ nullus aduocatus vel pro
curator de jurib⁹ alterius pt̃ium informatus audeat quouis modo
vel presumat in causa in qua fuerit informat⁹ parti aduerse palã
vel occulte consulere seu patrocinari sub pena suspensionis ab +

officio procurandi et postulandi in quocunq; Judicio per sex menses. Et hoc uendicet sibi locum si pars que eum informauerit eundem habere uoluerit pro suo procuratore vel aduocato: Alioquin valeat impune alteri pro tuitione patrocinium exhibere. ¶ Si uero inter partes contentio versabitur vna cum aduocatum seu procuratorem de quo contendit prius informauerit tunc stetur cuilibet Juramento qui in pena solidor. xl. seu maiore pene arbitrio Judicis cuius plurimes multiplicande. et illi cuius applicande vbi Judicium agitatur: Juxta eo q; iuratur et eius Juramento declarat vna partium cum prius informauerit. ¶ Statuentes insuper q; vna pars non possit vti patrocinio nisi vnius aduocati et unius procuratoris in una causa et una causa et cui intelligatur causa principalis protectionis et appellationis:

De personis litigantibus et causidicis in allegationibus honeste habere debentibus:

Aliquor importunos mores suppremere: et ne pp superfluas allegationes Judicia retardent: Ordinamus q; post primas allegationes per partes vl' patronos causar voce uel in scriptis exhibitas: Judex precipiat principalibus personis et eor causidicis si ea uidebit q; sedeant et taceant: quod preceptum illico seruari nec valeant principales aut patroni in causis vlterius dicere uel supplere: nec sententiis re vel uerbo interrumpere: aut impedire nec audeant causidici partium vbi ius reddit habitantes a Judicio recedere no prehabita licentia Judicis donec Judicium tute procedat: Contrafacientes uero pena xx. solidor incurrant hospitali sce Marie magdalene in terra Vtini si ibidem lis ardeat applicanda. et si fuerit alibi pena applicet magistro hospitali illius loci: quo no existente applicetur ecclie. Et qui in dictam penam inciderint in nullo Judicio audiantur nisi primo dictam penam integre persoluerint aut ad mandatum Judicis deposuerint:

De dillationibus dandis ob procuratoris vl' aduocatoris absentiam:

Ad sue expeditionis quo ad fieri potest inherentes ne pp dillationes ob procuratoris uel aduocatoris absentiam petitis lites plus debito prorogari contingat: Ordinamus q; in aliqua lite q; to cunq; tpre duraturi aliqui ptium ob procuratoris absentiam vel aduocatoris habere non possit vel debeat ultra tres dillationes quar nulla trium dier excedat: nisi tales causidicos. Reu. p. causa abesse contigerit: quo casu xv. dier dillatio ex tali casu possit assignari. ¶ Et si tres dillationes obtulerit eor absentiam assignat reperiunt: qd per acta cause vel alia instrumenta et no aliter probari possit: nulla alia vlterior dillatio possit assignari. Et quo ad premissa eadem causa intelligatur principalis causa

protectionis et appellationis. Et h uendicent sibi locum etiam in pendentibus causis. Statuentes insuper q si procurator vel aduocatus alicuius partis hora causis in iudicio fuerit deinde se a iudicio absentauerit: nullo modo detur dilatio parti petenti pro habenda exhibitione dicti causidici in iudicio nisi urgentissimum impedimentum per iudicem iudiciale approbandum fuerit allegatum. Quo casu dilatio competes assignetur dum tamen ea que superius super tribus dilationibus assignatis decreta sunt nullatenus violentur.

De pijs fauoribus miserabilibus personis et aliis pauperibus gratis exhibendis.

Cum iuxta omnipotentis precepta pauperibus et miserabilibus personis caritatiua suffragia teneamur impendere: hac pia constitutione decernimus q per quascunq; iurisdictiones hanc in quocunq; loco sit: pauperibus et miserabilibus personis litigare volentibus singulis annis mechandis in hebdomada sancti unus patronus: unus notarius et unus preco omnimodo deputentur. Qui iuramento corporaliter prestito promittant pro predictis egentibus de suo officio liberaliter deseruire nulla spe premij aliqualiter exquisiti: et q questiones incohatas per alios patronos seu notarios teneantur ut supra liberaliter prosequi: et si fieri pot ad finem perducere. Hoc addito q si pro dictis egentibus fuerint lata sinia aduersus temere litigantes perinde ac si in expensis condemnentur ac si per dictos egentes fuisset integre satisfactum de laboribus predictorum de qua condemnatione predictis aduocato notario et preconi satisfiat. In quibus causis dictarum egentium personarum procedi possit et debeat summarie breuiter simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicij diebus feriatis dumtaxat in honorem dei non introductis sola ueritate facti inspecta et omni solemnitate et cauillatione et intricatione reiecta. Quod si pauperes aut seu miserabiles personas illas fore intelligi decernimus: Quas tales esse per iudicium fuerit declaratum: Quę declaratio etiam ex eius officio informatione sumpta etiam nulla petitione super hoc facta fieri possit nulla forma iudicij penitus obseruata. Et talis declaratio in scriptis per notarium cause redigi debeat: et a tali declaratione nullo possit appellari: supplicari: reclamari: aut in integrum restitutio postulari: aut per uiam nullitatis aut quouis modo contrarium. Et ita teneat ut supra declaratio ipa in quacunq; parte iudicij facta fore reperiatur. Et si predicti aduocatus seu patronus cause. Vel procurator notarius et preco electi recusauerint tale officium acceptare tunc per iudicem compellantur sub pena priuationis officij per annum et die quam penam illico incurrant ipo iure si non acceptauerint in continenti facto precepto. Et predicta super tali declaratione faciendi et super ratione reddenda uendicent sibi locum etiam in pendentibus causis: nec huic constitutioni per aliquam aliam que sit in hoc vo

lumine intelligat derogatum in aliqua parte :-

10 **De officio & notariorum Jurumento :-**

Rouida ordinatione statuimus q quilibz notarius assumptus uel assumendus ad officium uel ad scribendum acta curiarum vl alterius cuiuscumqz judicij uiret ad sancta dei euangelia super scriptaus judice sub quo scribere debet deferente in forma infra scripta .Vz juro ego notarius ad sancta dei euangelia bona fide et sine fraude remotis odio amore prece et precio fideliter et ueraciter scribam secundum meaz conscientiam omnia et acta et omnes scripturas spectantia et pinentes ad meum officium : nec dolo omittam quin predicta scribam . Testes bona fide interrogabo et examinabo . et secundum q ab eis deponet in scriptis redigam ea que ad causam pinere uidebuntur . et seriem testimonij per ordine scribam . nec scribam dicendo talis testis deposuit idem qd talis . Et dicta eorum bona fide celabo : donec fuerint per judicem publicata . Si dñs Locumtenes vel alius officialis mihi aliquid comiserit uel preceperit qd ad meum pineat officium : illud obseruare et adimplere curabo proposse . Et secreta et credentias dñi Locumtenentis et aliorum officialium secretas tenebo . Et si consilium ame petierint bona fide eis dabo . Quo sacramento no prestito non admittar ad scribendum acta causarum :-

11 **De patronis cauz & notarijs qui in judicio scribant admittendis :-**

Vtu conuenies est talitr prouidere q cause celerius expediri possint et q uirtutes proborum conseruent et crescant : hac libratta constitutione decernimus q in potestate sit dñi Locumtenentis coram eius officio certos aduocatos procuratores et notarios tot quot sibi uidebit cum hoc q primo notarios examinari facere debeat per suum Vicecum et Capitaneum cum Jurumento in grammatica libr et bona ac sufficienta pratica notarie et Judicaorum stilo . Et si ad premissa repti fuerint sufficientes et ydonei tunc admittantur ad officium scribendi in causis et litibz coram suo officio et hoc non obstante alia quacumqz consuetudine aut contrarietate hactenus obseruata honestati contraria . et vniuersitati litigantium q plurimum preiudiciali :-

12 **Q duo ul plures notarij nõ admittant ad scribendum simul & semel in eadem causa :-**

Statuimus q acta causarum per unum tantum notarium et no per duos uel plures scribi debeant de quo partes sint concordes . Si uero partes de ipo notario scripturo no essent concordes : tunc judex unum notarium non suspectum ad id depu

tet: qui si suspectus allegetur utrum suspicio sit iusta uel non per iudicum diffiniatur: nec possint omnes notarij iudicij dari aliquo modo suspecti. In absentia q3 notarij qui consueuit scribere in causa possit alt notarius no suspectus subrogari:-

13 De actis cause cõtinuatis per notm scribẽdis:-

Onpruum esse censemus: Et ideo Statuimus q notarij acta scribentes coram dño Locumtenente vel alio quecunq3 iudicio teneantur et debeant acta cuiuslibet cause in proprio et spali libro siue regstro in forma autentica et per se scribere: non autem diuersas acta causar simul et commixtim conscribẽ unius cause acta cum actis alterius immiscendo. Qui no contrafecerit pena xl.ta solidor quotiens contrafecerit cuiq3 applicanda mulctẽ.-

14 De actis iudicij partibꝫ ꝯ exẽ iudicatis ostẽdendis ꝯ dilatione danda pro copia nõ danda

Vm acta omnia iudiciaria debeant esse communia vtriq3 parti exceptis testium depositionibꝫ nõ publicatis et interrogatoriis per iudicem admissis per aliam ptem productis contra quam sunt testes producendi: Ordinamus q3 quelibz pars possit in iudicio et extra videre et examinare acta facta in iudicio et teneat̃ notarius satisfacto sibi prius competenter de suo labore eisdem partibz dicta acta ostendere ad eor3 uoluntatem cuiz extra iudicium notario tamen semper presente: et aliter nõ: uel eis copiam dare ad quor3 actor3 particulariuum copiam recipiendã nulla detur dilatio si fuerint facta parte presente uel contumacie absente. nec pp hoc iudicium retardetur:-

15 De Instrumẽtis q3 copia est decreta in iudicio non legendis:-

Enouamus q3 quando in iudicio est decreta copia aliquor3 instrumentor3 uel aliquor3 actor3 in causa productor3: et pars cui copia decreta fuerit: petat in iudicio q3 illa instrumenta vel acta legantur: non audiatur: nec legantur dicta instrumenta uel acta aliquid ostensus nisi prius opponatur contra dicta instrumenta uel acta aliquid ostensus et ibidem in iudicio:-

16 De notarijs cõpellendis dare copiaz actor3.-

Ordinamus q3 notarij causar teneant̃ dare copiam eor3 que in iudicio producuntur post decretum copiam parti petenti: ita tamen q3 pars requirat a notario dictam copiam post temp3 decrete copie et ante diem termini superuenientis satisfaciendo

eidem de solutione competenti : Quibꝰ requisitione solutione vel eius oblatione sic factis notarius sibi copiam nō tradens cadat in penam xl.ti solidoꝝ curie illius loci applicandoꝝ salvo justo impedimēto per juramentum notarij comprobando . Et si aliꝰ terminus competēs assignetur in quo si nō fuerit exhibita . condemnet notarius in C. soldis applicandis vt S. et pene in contumacem aggrauent . ¶ Iuxta pars in petenda copia supradicta nō obtemperauerit : tunc vltrius nulla alia sibi detur dilatio ad dictam copiam habendum . ¶ Vbi autē notarius requisitus copiam prestiterit teneat pars notario solutionez congruā impendere siue illaꝫ copiam acceperit siue nō :-

17 **De notarijs acta propinquoꝝ scribere nō debētibꝰ nec ad patrocinia causaꝝ admittendis :-**

Vm judicia equa lancꝫ omni suspicione remota quo adhiberi pōt debeant tutelari : hac luculenta sanctione decernimus qꝫ nullus notarius ad scribendum assumptus in causis quibscumqꝫ in mudicio tutelandis possit aduocationis vel procuratie officium assumere vel exercere : nec debeat aut possit talis notarius scribe aut ad scribendum admitti in causis agnatoꝝ cognatoꝝ vel affinium suoꝝ usqꝫ ad quartum gradum . ¶ Et si procuratoꝝ vel aduocatus in causa fuerit pater filius frater gener socer vel patruelis aut nepos patris notarij vel e conuerso similiter talis notarius in causis in quibꝰ talis exercuerit procuratoꝝ vel aduocatus ad scribendum nullatenus admittatur . Et notarius qui contrafecerit in aliquo predictoꝝ mulctetur in penam medie marche . cuius medietas curie loci : et alia medietas parti cui non attinet notarius applicetur : et nihilominus scribere non valeat :-

18 **Qꝫ occupatione notariorꝝ nō possint lites partium retardari :-**

Vm tabellionum officium nō ad retardandum : sed ad auctorizandum processus fuerit institutum : Statuimus qꝫ si notarius aliquis ad scribendum acta judicij vel testes examinandum aut alia judicialia faciendum deputatus ex nimia sua rei apprehensione aut ob diuersoꝝ negociorum occupationem defecerit vel se excusare voluerit : aut denegauerit in congruo spacio per judicem assignato testes examinare et cum debita solutione exhibere parti vel partibus quam interest copiam instrumentoꝝ aut scripturaꝝ quarumcumqꝫ judicialium vel extrajudicialium per quas cepit non tradita lites aut negocia contingat modo aliquo retardari : idem notarius condemnetur et teneatur pars propterea retardata in media marcha solidoꝝ . ¶ Iuxta ex proposito voluntate vel studio que supradicta sunt non expediuerit : tunc ultra dictam penam parti assignandaꝫ multetur in alia media marcha . Et curie illius loci judicij applicanda et ulterius contumaces penis grauioribꝰ affligat arbitrio judicantis :-

19 ## De ordine seruando per notarios in celebratione cõtractuum.

Diligentiam notariorum fidem ob utilitatem publicam iustificare cupientes renouando Statuimus q, si aliquis notarius contractum aliquem uenditionis emptionis locationis permutationis transactionis donationis cessionis pactorum testamentorum codicillorum aut alicuius ꝯis mere uiuos uel ultime uoluntatis rogationem nõ pronunciet uel stipuletur siue comprehendat oretenus: Sed formam testamenti contractus et cuiuscunq; rogationis uel saltem substantiam ipsa prius inscriptas in libris suis abbreuiaturarum et nõ in cedulis redigat et conscribat: et postea ex scripto pronunciet publicet atq; legat. Et postea quisq; notarius teneatur in suo ordinato processu seu libro prothocolli redigere et extendere omnem rogationem sibi factam cum omnibus requisitis substantialibus consuetis infra unum mensem a die facte rogationis. Quo mense elapso negligens pro qualibet rogatione in una marcha soldorum condemnet curie cui fuerit applicandi: ad cuius pene solutionem ipsius heredes etiam teneantur. ¶ Ordinam⁹ insuper q, quilibz notarius teneat et debeat notas siue abbreuiaturas scribere in quaterno ad dictas abbreuiaturas scribendas apto et ligato continente saltem quadraginta cartas: Si quis uero contrafecerit testamenti contractus uel quemcunq; alium rogationem in cedulis scribendo seu cartis non compaginatis uel compaginatis minori numero cartarum: cadat singula uice in penam unius marche applicande domino sub quo ille residet. ¶ Et si postea exhibeat in uidi notam in quaterno non scriptam ut premittitur adhuc cadat in penam medie marche applicande iurisdictioni coram qua producetur teneatur etiam notarius dictis abbreuiaturis signum suum preponere et nomen suum attestando qualiter est quatenus sua abbreuiaturarum. Et similiter in notis suis in quibus precedentia scribere debet rogationes sibi mutuatas rogatum cuilibz nomen suum subscribendo.

20 ## De uerbis redargutoriis contra sententiantes non dicendis.

Expetua ordinatione statuimus q; nullus aduocatus uel procurator nec aliquis principalis litigans in iudicio audeat aliqua uerba reprehensibilia uel redargutoria dicere uel proferre contra illos qui sententiant: ymo statim cum incepta est sententia patrem et litigantes debeant quieto animo silere et suas audire: nec illos uerbo uel facto impedire: sed permittere iudicantem suam intentionem exprimere. Si quis uero ex patronis uel litigantibz contrafecerit cadat in penam xl^a soldorum curie illius iudicis applicandorum: in quam petitum maiens non audiatur donec ipsam persoluerit.

21 **De verbis iniuriosis in judicio dictis.**

Statuimus q̃ si aliquis in judicio proferat verba iniuriosa contra alĩ quem cuiuscunq̃ conditionis existat: puniatur pena unius marche solidor̃ cuius illius loci applicande: et nichilominus teneat̃ remissa taxatiõe per judicem parti ad extimationem iniurie. Si aut̃ contra officialem verba iniuriosa prolata fuerit per quecunq̃ puniatur in viginti quinq̃ libris applicandis officiali iniuriam passo. Et si reiulte defactis ei fuerit illata iniuria atrocius puniat ad extimationem iniurie nichilominus teneatur.

22 **De penis notariorum recusantium dare instrumenta:**

Et difficultate notariorum in exhibitione instrumentorum publicanda dilatetur aut pereat jus eor̃: Statuimus q. notarij hinc instrumenta alicuius petenti ad requisitiõem partis requirentis teneatur parti petenti sibi exhibere instrumenti necessitate infra tres dies sub pena xl. solidor̃. Quod si infra dictum terminũ non dederit mandetur sibi quatenus infra alios tres dies et minus arbitrio judicis debeat sibi dedisse dicta instrumenta sub pena medie marche. Et si non dederit assignetur sibi alius terminus sub pena unius marche q̃ debeat dedisse infra alios sex dies tres habita sepulta solutione. Et predicte pene cuius applicentur. Et perseverans in contumacia maioribus penis judicantis arbitrio condemnet̃: proviso tamen supra predictis q. alteri pti facultas habende copie minime subtrahatur.

23 **Q. acta judicij etiam sine testibus fidem faciãt.**

Onstituimus et ordinamus q̃ quandocunq̃ per notarium cuius acta judicij fuerunt prescripta. Sive per judicem sive per partes sive etiam apparente aliqua contumacia gesta fuerint: tunc talibus gestis aut pronunciatis etiam nullis testibus adhibitis qui in talibus actis per notarios scribi nõ debeant plenaria fides adhibeatur. Exceptis sententijs interlocutorijs a quibus secundum constitutiones et iura cuilibet̃ appellari: et exceptis finijs diffinitivis que adhibitis testibus conscribi debeant omnimo:

24 **De citationibus et qualiter contra cõtumaces procedatur:**

Quitatem justicie obseruantes: et contumaciam inobedientiam puniendes Statuimus q. si quis agere voluerit aut querimoniam deponere contra aliquem habitantem in jurisdictione patrie fori sui sub aliquibus obligationibus alicuius debiti aut personalibus uel alijs: aut actionibus realibus citari faciat partes contra quas agere voluerit cum libello seu cedula continente petitionem agentis seu quantitatem vel rem per signa aliqua quam ex pete inte

dic: et ei mandau q. pe se compue debeat aut legittime pe procuratoꝛ
idoneum ad certam diem horam et locum sub pena .xx. soldoꝝ in
primo trmino in quo sinon comparuerit: citetur similiter secundo
q. comparuerit determinato tpe sub pena .xl. denꝝ. In quo secundo
si comparuerit antequ audiatur soluere debeat .xx. soldos curie eo
fuerit. et refficere expensis pris pe judicium illico taxandas. ¶ Et si
secundo citatus nō comparuerit: citetur tercio pe similem modum
sub maiori pena ad negandum vel confitendum. In quo tercio ter
mino si comparuerit non audiatur nisi solutis omnibꝫ penis dicte
curie et refectis omnibꝫ expensis pris: Quas si illico non soluerit
uel super eis in concordio non fuerit contumax reputetur. ¶ Et
si in tercio termino in contumacia perseueraverit: tunc si debitum pe
tatum uel res que petitur coram dño Locumtenente sit infra extima
tionem quinquaginta librarum et coram alijs judicijs sit infra
summam .xxv. librarum: talis contumax habeatur pro convic
to et confesso: Jurante tamen primus pte principali legittime ac
te se uisse debere habere id quod petitum est: pe publica instru
menta seu rem petitam ad se spectare ex legittima causa. ¶ Supra
aūt quantitatem uel extimationem predictam contumax nō intel
ligatur convictus nisi primus facta fide de eo quod petitum est pe
publica instrumenta vel testes uel alias probationes legittimas: et
quam fidem si ibidem facere non posset de eo quod petitum est il
lam facere valeat quandocunq; tpe tamen debito: Jta et taliter
q. etiam lite uere non contestata fieri possint quecunq; probationes
contra contumacem postea tamen, adhuc ad illas legittime citatum secu
dum formam juris. ¶ Et si citatus pars conventa comparet admittat
ad proponendum defensiones legittimas expensis et quandijs primo
integraliter persolutis. Et si ex tali comparitione non revocetur aliquis
processus factus contra contumacem qui in hoc quo ad modum pro
cedendi validius censeatur. ¶ Et predicte citationes legittime re
putentur si aliqua earū conventus sicut personaliter repertus et
citatus sibi uel ad cuius domum cedula dimissa uel eo facere ad
domum alicuius vicini sui. ¶ Si vero in primis duobꝫ terminis
nō fuerit personaliter citatus nec in tercio termino possit personaliter
citari. eo qꝫ non reperitur ad domum sue solite habitationis et sup
platea loci data uel dimissa ibidem cedula vt ad certum locum et
certam diem comparere debeat post .x. dies computandos a die da
te citationis exclusive. ¶ Et si in aliqua ex primis duobꝫ citationibꝫ
fuerit personaliter citatus: tunc in tercia citatione possit actor facere
premissum actum ad terminum quem voluerit sine aliqua proclamatio
ne ibidem tamen vt supra cedula dimissa. ¶ Facias vero supra
dictas tribꝫ citationibꝫ et terminis assignatis pretitis possit si voluerit
et valeat actor procedere quemadmodum si foret vere lis contestata
vz: ut ad quencunq; actum judicij procedere voluerit: facet

// tunc pro illa tercia vice citari debeat p publicum preconem in domum sue solite habitationis //

semel rum citatu personalite uel ad domum ad expeditoēz talis actus
vel per proclama publicum si habitationez non habet. Et talis actus
expeditus in cuius contumaciu eundem effectum habeat quē habe
ret si presente illo qui contumax fuit factus foret. Et q talis con
tumax in respondendo positionibz habeatur pro confesso si in con
tumaciu perstiterit usqz ad finiam. Et si aliquo tpre talis in tanta
protervitate contumacie perseverans comparuerit ante finiam: nūq
audiri debeat nisi primo solutis quadijs et omnibz expensis pe
sacramentum partis taxandis judicē processu cause tamen effectum
quo ad ordinem habente: vt superius est expressum. Aut si pars
agens post dictas tres citationes videbit expedire: eligere possit u
am uiis cōmunis contra contumacem: vt vz in actione petere possit
se poni in possessionē rei petite. Et si talis contumax infra annum ue
nerit ad judicium. et judicio sisti sufficientem et ydoneam prestiterit
cautionem ac quadijs et expensis integram satisfactionem fecerit
possessionem recuperet. ¶ Et si infra annum ade facte missionis
premissa non adimpleuerit: actor tranfacto anno veluti possessor cō
stituatur super proprietate dum taxat aduerse parti contumaci dese
sione legitima reseruata. ¶ Si autem actione personali agatur mit
ti possit pars agens si voluerit in possessione bonoz mobilium cō
tumacis uel immobilium si forte mobilia non habeat pro modo
per sacramentum agentis declarau et usqz ad summam expensis
factaz: quam missionem pus quandocunqz ante diffinitiuam
sententiam superinde latam recuperare possit solutis integris expen
sis et quadijs: et de judicio sisti et judicato soluendo sufficienti et
idonea cautione prestita. Ita tamen q elapso anno cum agatur per
sonali contra contumacem per judicem declarari possit agentem
posse fructus luciari quousqz dicta missio fuerit legitime reuocata
In premissis tamen ubi actor fructus non luciat missus in possessio
ne siue in reali ante annum: siue in personali debeat actor quan
docunqz durante contumacia habere rei custodiam et fructus colli
gere et eos conseruare uel distrahere prout judicia videbit vt tedio
affectus reus veniat responsurus. In quibz fructibz obseruetur pro
ut a iure communi dispositum est: vt vz percepti post annum
in reali sint actoris. Et in personali similiter post declarationez
judicij ob nimiam absentis contumaciam. Et possit etiam ha
bere locum missio in possessionem contra contumacem secundum
formam juris cōis si peteret cautio damni infecti: Vel de prestan
dis debitis uel legatis vel fidecōmissis conditionalibz uel in diem
certum futurum debitis. Vel si ageretur aliquo interdicto vel remē
dio ad possessionem recuperandam. Vel interdictis. Vel in rem scp
tis uel actionibz mixtis ageretur. ¶ Et si materia cause de qua
ageret esset talis nature in qua contra contumacem per missionem
in possessionem secundum ius communie nō esset subuentum.

actori tunc contra contumacem ad diffinitiuam sñtiam valeat peruenire vt
superuus est expressius. Vel ad alia remedia iuris communis prout vbi
actori uidebit. Vtra q sit in agentis arbitrio contra contumaces nolentes pa
rere iudicio contra quos nichil obseruandus est. Vel ut beneficio istius con
stitutionis vbi aliter disponit q tunc communis sit prouisum. Vel iuris co
munis remedijs uti contra dictos contumaces. ¶ Cum aut aliquis
no habitans in ciuitate patrie ad petitionem alicuius contra eum
exponere uolentis citari petatur: siue sit uagabundus: siue eius mora
sit ubi moretur predictis: tunc talis absens in platea loci ubi iudicium
redditur: et etiam ante domum sue solite habitationis si qua est alta
uoce preconia citetur cum cedula tribus vicibus: et pro quilibet citatione
et uice habeat spacium xv. dierum continuorum ut ueniat legittime et
peremptorie ad iudicium si uirilis conqueri uolenti: et q citatio
secunda fieri no possit nisi primo termino xv. dierum elapso. Et si di
es termini esset festiua sequens pro termino habeatur ut supra. Et
supradictum citationum formam in primis citationibus faciendis obser
uetur. ¶ Si uero post predictas citationes citetur quis ad procedendum
in causa: tunc sufficiat vnica citatio tantum personaliter vel
ad domum sibi facta infra terminum competentem arbitrio iudicis in
qua cedula exprimatur ad quem actum simpliciter ad procedendum de
beat comparere aliter citatio facta non teneat nisi precesserit per iudicem
alicui presenti in iudicio vt comparere debeat certa die ad procedendum
in causa: quo casu simplex preceptum iudicis alicui pena factum pro
prima citatione sed fieri debeat per cedulam ut supeius continetur.
Relationes aut citationum et presentationum litterarum et cedularum pos
sint et ualeant preconis in iudicio et extra partibus presentibus et absen
tibus facere notarijs causarum: Quas relationes notarij teneant in actis cause
scribere et eas scriptuas sicut et ipsis preconibus qui presentauerint et
citauerint adhibeatur in iudicio plena fides. ¶ Premissis autem
expeditis obligationes seu debita de quibus quis se uoluerit conuic
tum secundum morem patrie. Et contractus uel depositi et cetere om
nes cause pauperum: et alie in quibus potest procedi summarie seu bre
uiter et de plano sine strepitu et figura iudicij. In quibus procedat et p
cedi possit etiam secundum formam constitutionum super illis edita
si et prout uidebit actori. Declarantes q si cause mouentur ualoris
unius marche vel abinde infra de quo ualore stetur declaratione iu
dicis q tunc ualeant et fieri possint citationes per solum nuncium absq
cedula aliqua:

25 Quando citationes et earum relationes fieri possint.

Statuimus q singulis diebus in quibuscunq; feriis possint fieri commissiones
citationes et relationes earum pro diebus iuridicis: Exceptis infrascrip
tas feriis. Vz in die natiuitatis domini nostri ihu xpi: et in die precedenti

cum duob⁹ sequentib⁹. In festo resurrectionis eiusdem cum duob⁹ diebꝫ precedentib⁹. et duob⁹ diebꝫ sequentib⁹. In assumptiõe beate Marie Virginis. et in festo corpous dñi nñi yhu xpi. Ascensionis dñi. Sancti Marci euangeliste. Sancti Johannis baptiste. pentecostes cum duobus diebꝫ sequentib⁹. Et intelligantur habere officiales commissionez citandi eo ipso q. reputant se de cõmissione iudicis aliquem seu aliquos actus iudicij :-

De modo citandi communitates.

26 Nota citandis cõmunitatib⁹ vniuersitatib⁹ seu collegijs fiant cedule modo contento in superiore constitutione: et sufficiat presentari cedulam decano ville aut officiali maiori et ꝛ̃ publica proclamatio fiat per nunctium cedule in platea terre seu loci cuius communitas citatur. Et si dies termini citationum supradictarꝫ medeat in diez festum sequens non festiua et iuridica qua seruabitur audientia causarꝫ habeatur pro dicto termino: et procedi possit. Et predicta citatio sic modis predictis facta reputetur legitima et sufficiens in omnib⁹ quibuscunqꝫ casib⁹ in quib⁹ aliquis habitator dominij et districtus sui esset citandus: Quib⁹ citationib⁹ sic premissis et factis reputetur sic citati non comparentes contumaces: Et possit procedi contra eos tanqꝫ contra contumaces constitutionib⁹ et consuetudinib⁹ aliquib⁹ in contrarium editis uel obseruatis non obstantib⁹ :-

De cautione prestanda per forenses.

